

Liber.

cum incipimus respicere quod diligebamus: dolere non letabamur: amplecti quod timebamus: sequi quod fugiebamus: optare quod deturbebamus. Infernus quidam et carcer anime. rea conscientia est. Haudente penitentes quos a vultu vestris prorsus recedentes. excipit mors amaritudo et confusio anime peccatis. Quarta displicet deo impudentia peccatoris: tantum penitentis verecundia placet. Denique et supernas beatorum mansiones attingit prorsus odor. Haudent angeli in quersione et penitentia peccatorum salute hominum suscitantes: lacrimae penitentium vinum eorum: quod in illi odor vite. sapor gratie sit: indulgentie gustus reconciliandis iocunditas: sanitas redemptis innocentie: serenitate suavitatis conscientie. Multiplex nunc consolatio arguetis conscientie reuelat cruciatum. Benignus est deus qui non patitur nos temptari: ultra quam possumus. Marieque iter incipit quersionis. oleo misericordie linit vulnera. ut nec morbi quantitas. nec difficultas curandis ultra quam excedit innotescat. Magis autem accidere videtur facilitas quam quod postmodum evanescit. quam iam exercitatos hinc se ius certamen forte dat ut vincat et discat quam omnium potentior est sapientia.

De confessione. Super cantica sermone. xv.

Confessio anime vitam indicat. Ibi confessio est: ibi in aspectu dei pulchritudo est. Omnia siquidem in confessione lauantur: et hec ablutio in quantum innocentiam deputabit. Non est utilis confessio: nisi sit in oculis verita-

te. et cordis puritate. Sunt qui peccata sic confitentur. ut videri possent et desiderio mundani cordis id agere: nisi quod ea: qui ipsi sponte dicunt. ab aliis patienter audire non possunt. Qui si vere mundari desiderarent ut videtur. non irritarentur: sed haberent eis gratiam. qui suas illis maculas demonstrarent. Humiliter confitenti remittit deus peccatum. et diabolus eum quem in hominis corde inuaserat. amittit precipitatum. Ibi nepe peccatum remittitur ibi pulchritudo diabolus de corde peccatoris expellitur. Ama confessionem ob quam amaris. Ama confessionem si affectus deo. Confessione iungitur decor: iungitur pulchritudo. Renera ubi confessio: ibi pulchritudo et decor. Si peccata sunt in confessione lauantur. Si bona opera: confessione ornamentantur. Cum mala tua confiteris: sacrificium est deo spiritus tribulatus: cum dei beneficia recolis imolans deo sacrificium laudis. Bonum anime ornamentum confessio: quam peccatorum purgat: et iustum reddit purgatiorem. Absque confessione iustus iudicatur ingratus: et peccator mortuus reputatur. A mortuo quippe tanquam qui non sit perit confessio. Confessio igitur peccatorum est vita: iusti gloria. Et necessaria est peccatori: et iusti nihilominus decet. Denique rectos decet laudatio.

Capitulum

De misericordia dei in penitentes. Super cantica sermone. ix.

Deo in deo sunt ingenite matris suavitatis argumenta: quod 7 p a